



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

2 Testimonium literarum P[o]enitentiariae, quanta auctoritatis sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

Testimonium literarum Penitentiariae, quante auctoritate sit.

DECISIO I.

Ex consil. 4. in Novis. deest in antiquis.

Sicut antiquitas decem, aut saltem 30. annorum facit prae-sum in omnes actus etiam extrinsecos, in eisque interuenisse solennitates, ac requisitam agentium potestatem; ita etiam & duo antiqua instrumenta transumpti, in quo refertur ipsum originale, ad ius patronatus alicuius probationem sufficere videntur.

DECISIO II.

Ex consil. 4. in Novis. deest in antiquis.

Quamuis Maior Penitentiarius antequam per Pium V. extrau. 85. inc in omnib. 1569. officium Penitentiariae restingeretur a d. forum conscientiae de absolutionib. & dispensationib. quas in vtroq. foro faciebat, publicum testimonium dabat; tunc tamen nec ipse, nec ij, quibus vt in dicto foro conscientiae absoluant, & dispensent, mandat, iuste illud dare possunt, sed neque si darent, aliquid proficeret; quia licet iudex f. exterioris viso tali instrumento, & cessante aduersario, dissimulare posset, ac ita se gerere cum praedictis, ac si ligati non essent in prauidicium tamē parus, tali instrumento fidem adhibere non tenetur.

TITVLVS XIII.

De iureiurando.

S Y M M A R I V M.

- 1 Iuramento qui promittit aliquid non facturum, id faciendo peccat.
- 2 Procurator post mortem mandantis, iuramentum decisorium deferre non potest.
- 3 Iuramentum de non ludendo, saltem ad ludos malos, seruandum, sed ex causa relaxari potest, etiam ab Episcopo.
- 4 Iuramentum vi extortum non obligat, conditionale sic, sed facile remittitur.

DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 3.

Qui accepto mandato de renunciando beneficium in fauorem suum, cum iuramento promittit, se non usurum illo mandato, nisi reseruata certa pensione alicui; si postea illo utatur, & post quaesitam possessionem rogatus, vt se obliget ad soluendam pensionem, quam referant voluit resignans ad certa opera pia, quamuis peccet viendo praedicto mandato ad resignandum contra factum iuramentum, cap. Si vero, de iure iur. & c. quamuis, de pact. in 6. nullam tamen ex illius iuramenti transgressione irregularitatem, aut inhabilitatem ad beneficium illud retinendum incurrit, Arg. cap. quarelam, & c. tua, de iureiur. nec post adeptam possessionem beneficij aliquid in signum gratitudinis, vel paupertatis, vel subuentionis intuitu, resignandi soluens, quoad forum conscientiae, simoniam committit, c. tua de simonia Man. ca. 23. n. 107. quia intentio, & animus resignantis, vt resignatarius hoc vel illud faciat post habitum beneficium, nihil nocet, quod id forum conscientiae, nisi exprimat, & deducatur in pactum: Hanc tamen gratitudinem resignatarius erga resignantem caute exercere debet, ne quoad forum exterius virtute Bullae Pij V. Extrauag. intolerabilis, edita anno, 1569. quae est 87. in ordine, Ma. c. 23. nu. 110. confidentia praesumi possit.

DECISIO II.

Ex consil. 2. alias 5.

Procurator constitutus in causa ciuili, & factus Dominus litis, mortuo suo principali, re integra nec subire, non deferre iuramentum litis decisorium potest; non

solum, quia mandatum procuratoris regulariter re integra morte mandantis expirat, Clem. si. de procur. ca. Mandantis, de offic. deleg. inter causas, ff. mandati, sed etiam quia iuramentum decisorium, specialissimum mandatum requirit, quale procurator, mortuo mandante habere non potest.

DECISIO III.

Ex consil. 3. alias 1.

Iurans non ludere ad Cartillam, siue cartretam, siue Primeram, & similes ludos vitiosos, & malos, sub poena aedeundi Ierosolymam, promissum seruare tenetur, illamque si iuramentum fregit adire obligatur, sicut obligaretur, qui voueret non ludere sub simili poena, & ludere illicite potest tamen iuramentum illud iusta de causa etiam ab Episcopo relaxari, sicut & votum. Man. c. 12. nu. 75. Per Cruciatam vero a fractione iuramenti, quamuis non voti aedeundi Ierosolymam Confessarius absolueret potest, Cum iuramenti relaxatio de aedeundo terram Sanctam Papae reseruata non sit, sicut est relaxatio voti ipsius faciendi, cap. ex multa, de voto, & gl. ibi, & Extrau. Etsi d. omni, de pe. & remis. Man. d. num. 75. & praesertim cum dispensatio huius non concedatur specialiter confessario legitime per Cruciatam electo, sicut illius; Sicut econtra aliquando per Iubilaeum relaxari potest a Confessario votum aedeundi Ierosolymam, & non iuramentum, cum in eo solum detur facultas dispensandi super votis nulla facta mentione de iuramentis, quae sunt diuersa ab illis, & a diuersis non fit illatio, l. Papinianus, ff. de minoribus, maxime in dispensationibus, quae sunt odiosae, & exorbitantes, c. quae a iure, de reg. iur. in 6.

DECISIO IV.

Ex consil. 4. alias 2.

Quamuis iuramentum absolute metu, seu vi praescriptum cum vi inueniri poterit, quod voluntas hominis ad actum aliquem immediate ab ea produciendum volendum, aut nolendum vi praescripta cogi non possit, S. Th. 1. 2. quaestio. 9. artic. 4. & 5. Man. preiud. 6. num. 2. & 4. violentum autem sit a principio extrinsecum, passio non opitulante; huiusmodi tamen iuramentum violenter vi praescripta factum, iuramentum non obligat, cap. Sacris, de his, quae vi, c. presbyteros, d. 36. conditionale verò praescriptum, dummodo licitum sit, iuramentum obligat, c. verum, si veros de iureiur. quamuis absolutio in tali casu iuste peti possit, & praestanda sit, c. 1. & c. debitores tit. eo.

TITVLVS XIV.

De praescriptionibus.

S Y M M A R I V M.

- 1 Beneficij onera in fundatione posita, implenda sunt, nisi legitima praescriptione sublati sint.
- 2 Praescriptione 40. annorum res aliena iuste possidetur.

DECISIO I.

Ex consil. unico in vtrisque.

Licet regulariter qualitates, & onera a patrono in fundatione beneficij imposita sub peccato, tam iure antiquo, c. Eleutherius 18. q. 2. & c. tu dilectus, de consil. & c. super eo, de iurepatr. qua nono Cōc. Trif. scilicet 13. c. 5. de resimplenda, & seruanda sint; quia tamen lex posita a patrono in fundatione beneficij, firmior esse non potest quā lex posita a Papa in Ecclesia gubernatione, cum a potentiori causa maior producat effectus, l. cum multa, C. de bo. qua lib. ideo sicut lex aliqua sine a Papa, siue Regis a principio non recepta, nec seruata, non ligat, c. in istis, §. leges, d. 4. & Fel. in c. 1. de treg. & pacta neque lex patroni beneficij in fundatione imposita ab initio nec recepta, nec seruata, vim obligandi beneficij, aut in foro exteriori, aut interiori habet, sed beneficij sufficit, quod lex illa vel non mouet, et esse a principio seruata, quia facta non praesumuntur, nisi probentur, c. cum in iure, de offic. deleg.